Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Pauperes enim semper habetis uobiscum. me autem
non semper habetis. Cognouit ergo turba multa ex
iudeis quia illic est. et uenerunt non propter ihesum tantum
sed ut lazarum uiderent quem suscitauit amor
tuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum ut
lazarum interficerent quia multi propter illum abi
bant ex iudeis et credebant in ihesum. In crastinum
autem turba multa que conuenerat ad diem festum
cum audissent quia uenit ihesus ierusalem acceperunt
ramos palmarum et processerunt obuiam ei et cla
mabant. Osanna benedictus qui uenit in nomine
domini rex israel. Et inuenit ihesus asellum et sedit
super eum sicut scriptum est. Noli timere filia
syon. ecce rex tuus uenit sedens super pullum
asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primum
sed quando clarificatus est ihesus tunc recordati sunt quia
quia hec scripta erant de eo. et hec fecerunt
ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat
cum eo quando lazarum uocauit de monumento.
et suscitauit eum amortuis. Propterea et obuiam
uenit ei turba quia audierunt eum fecisse
hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos
Videtis quia nichil proficimus. Ecce totus mundus post
eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex his